

secunda de Lingua. 18. Fundamenta & Rationes hujus Objectionis. 19. refutantur prolixè. 20. germanicæ linguæ non usus an Bohemos à gente germ. eximat. 21. german. linguæ usus Danos & Hungaros an cum Germanis jungat. 22. Ortelius & Zeilerus notantur Germaniam minus rectè determinantes. 23. ad dignoscendas Germaniæ Provincias ad Incolarum & Originem & linguam conjunctim respiciendum. 24. Lusatiorum Origine remissivè. 25. Slavicæ linguæ usus in Lusatia rusticis saltem ex parte familiaris. 26. Ut Siculi (trilingues, sic Rustici nostri pleriq; bilingues. 27. pleriq; Nobilium Lusat. linguæ Slavonicæ, quam vulgò minus rectè Vandalicam vocamus, cum rei familiaris damno, ignari. 28. Linguæ hujus difficultas unde? 29. Linguarum diversitas gentes sub una eadèq; Natione unitas, moribus licet & Consuetudinibus quibusdam dissentientes, non dividit. 30. Integer quidam locus allegatus ex Linneo. 31. ex Conrado Celti Poët. 32. Linguæ Slavonicæ usus si nec Bohemiam, in qua vernacula quasi, multominus Lusatiam, ubi perquam exiguus ejus Valor, è Germania exterminare sufficit. 33. *Objectio tertia* de facta quondam Bohemorum & consequenter etiam Lusatiorum, è Civitate germ. proscriptione. 34. Facti seriés & fundamenta hujus Objectionis. 35. Tempore Wenceslai Imperatoris exauctorati Bohemi in Regno suo omnes germanos ab officiis Lege quadam exclusere. 36. quare. 37. Statutum Lusatia de peregrino (*einem Ausländischen*) ad officia publ. non recipiendo unde? 38. aliis quam plurimis Europæ Provinciis commune. 39. Lusatii tunc temp. cum Bohemis ab Imperatoribus & Principibus Imperii omnibus honorum & bonorum possessionibus in Imp.
R.G.